

licita, & honesta ac a supradicta Congregatione Cardinalium approbata, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adferantur, nec Monopoliis ansam præbeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adiciamus.

Easque sic correctas adnotaque feruari præcipit.

§.5. Decernentes Constitutiones, additiones, seu statuta hujusmodi, ac præsentis literas firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obstantibus.  
Dat. die 18. Septem. 1738. An. IX.

§.6. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 18. Septembris 1738. Pontificatus nostri Anno IX.

CCXLII.

Tredicim sextis Feriis a S. Francisco de Paula institutis, vulgo ut dicitur: *La divozione de' tredici Venerdi*: Pia exercitia ab eodem S. Francisco proposita facientibus Indulgentia Plenaria concessa.

CLEMENS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proccemiam.

**A**djuutor, & susceptor noster Pater Misericordiarum, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus; magna fidelibus adest virtute, cum ad ipsum clamantes illinc in necessitatibus levamen expectant, unde salutis sumperunt exordium: Quamobrem Apostolici muneris nostri partes in iis libenter interponimus, per quæ Fideles, ut præfertur, superstantes bonus odor effecti precesiones valeant effundere suaviores, eisque exinde benediciente Domino votiva promptius proveniant auxilia.

Exercitium Tredicim Sextarum Feriarum a S. Francisco institutum.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, Gloriosus Sanctus Franciscus de Paula Ordinis Fratrum Minorum nuncupatorum Fundator tum in humanis agens, dum nonnulli Christiani suis necessitatibus prospicere cupientes ejusdem sancti Viri apud Deum officia, ac preces postularent; quemdam ipse precandi ritum, vulgo ut dicitur: *La divozione de' tredici Venerdi*: in Domini nostri Jesu Christi, ac Beatorum duodecim Apostolorum gloriam, & honorem eo sensu instituerit, qui sequitur videlicet: *Tredici Venerdi vi Confesserete, e riceverete il Santissimo Sacramento nella Messa, che farete dire per quella necessità, nella quale vivrete al Signore. Recitarate tredici Pater*

nostro, e tredici Ave Maria in orove, e riverenza di Gesù Christo benedetto, e de' suoi dodici Apostoli. Porrete due candele di cera bianca nella vostra Messa in segno delle due Virtù, Fede, e Speranza. Terrete in mano un'altra candela accesa, mentre recitarate l'Orazione, e si dice la Messa, in protestazione della Carità con cui dovete amar il Signore, e chieder gli le grazie, perchè in questa maniera vi si concederanno i fini de' vostri giusti desiderj: Cumque, sicuti pariter accepimus, Misericors Deus piis eorumdem Christianidelium ad præserti ritus formam precantium votis ita se propitium exhibuerit, & liberalem, ut ipsi Christiani gratiam in opportuno auxilio feliciter invenerint, proptereaque sanctum ritus hujusmodi exercitium a nonnullis Prædecessoribus nostris, ac S. R. E. Cardinalibus, necnon Regia, Imperialique Dignitate fulgentibus Personis, aliisque cujusvis Status, Gradus, & Conditionis Christianidelibus ubique terrarum eo eventu peractum fuerit, & in dies respectively peragatur, ut via adeundi cum fiducia ad Montem Sanctum Domini, & intra Supernæ exauditionis Sacrarium a præfato S. Francisco monstrata esse noscatur.

Illud peragentibus propositæ Indulgentiæ.

§.2. Nos igitur sanctum ritus hujusmodi exercitium plurimum in Domino commendantes, ipsosque fideles illud devote peragentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes; Supplicationibus etiam pro parte dilecti filii Idelfonsi Gutierrez Gaviño Procuratoris Generalis, seu Zelosi dicti Ordinis nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus, qui in tredicim sextis feriis a præfato S. Francisco de Paula, ut præfertur, institutis vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti fuerint; semel tantum in anno in una ex dictis tredicim sextis feriis per eos ad cuiusque libitum respectively eligenda Indulgentiam plenariam, ac omnium, & singulorum peccatorum suorum veniam, & remissionem Apostolica auctoritate misericorditer in Domino, tenore præsentium perpetuo concedimus, & elargimur; in singulis vero ex reliquis tredicim sextis feriis hujusmodi septem annos, & totidem Quadragenas de eis injunctis, vel alias quomodolibet debitis poenitentis Apostolica auctoritate, & tenore similibus etiam misericorditer in Domino relaxamus.

Derogatio Contrariis.

§.3. Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, de Indulgentiis, & clausulis in illis ponendis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Transumptis clauda fides.

§.4. Volumus autem, quod eorumdem præsentium transumptis etiam impressis Procuratoris Generalis, seu Zelosi dicti Ordinis, vel Notarii publici, & Personæ alicujus in Dignitate Ecclesiastica constitutæ,

rum prædictarum factæ, sive sententiæ a Prioribus Provincialibus hujusmodi, & prædictis sex Patribus latæ absque magno Provienciarum prædictarum detrimento, & incommodo expectari non possit, utpote quia Reus, cujus incorrigibilitas probata, & uti talis per sex Menses in carcere detentus fuerit per longum tempus in eadem Carceris custodia detineri non potest usque dum Prior Provincialis prædictus approbationem, sive electionis Judicium, sive sententiæ juxta enunciatum Decretum a Priore Generali præfato accipiat, minisque fieri potest, ut Reus libertati tradatur, ne ceteros suo pravo exemplo corumpat.

Dat. die 24. Septem. 1738. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo octavo Kalendaris Octobris Pont. nostri Anno IX. Ph. Frigerius. -- M. Ferravilla.

V I S A.  
M. A. Caffarellus,  
A. Melocardus.

Loco \* Plumbi.  
Registrata in Camera Apostolica.  
F. A. Paulettus R. C. A. Secretarius.

CCXLIII.

Moderatio cujusdam Decreti particularis Congregationis super ejectione Religiosorum Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Provinciarum Indiarum.

CLEMENS PP. XII.

*Ad futuram rei memoriam*

A Congregatione Particulari editum. Decretum super modo cognoscendi causas ejiciendi ab Ordine incorrigibilis.

§.1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Nicolaus Antonius Schiaffinati Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod alias, nempe die 24. Julii 1694. in Congregatione particulari nonnullorum tunc existentium S. R. E. Cardinalium a fe. re. Innocentii Papæ XI. Prædecessore nostro ad instantiam tunc pariter existentis Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis deputata pro moderatione Decretorum de Apostatis, & ejectione Congregatione tunc quoque existentium Cardinalium Congregationis Concilii Tridentini Interpretum, & a bo. me. Urbano Papa VIII. itidem Prædecessore Nostro editorum sancitum fuit inter alia, ut facultas in dictis decretis de anno 1624. Prioribus, & Magistris Generalibus Ordinum Regularium concessa ad eiciendos incorrigibiles de consilio, & assensu sex ex gravioribus Patribus in Congregationibus generalibus eorumdem Ordinum eligendis, etiam ad Priores, & Ministros Provinciales extenderetur, qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravioribus de Provincia Religiosis a Generali Ordinis pro tempore existente confirmandis, de illorum consilio, & assensu causas hujusmodi cognoscere, & ad effectum eiciendi incorrigibiles sue Provincie, & ejectionem pronuntiandi, accedente approbatione Generalis, definiti deberent, salva tamen semper hujus Sanctæ Sedis, & ejusdem Congregationis in casu recursum, & appellationis auctoritate.

Conditio in præfato Decreto appositæ in Provincia Indiarum exequi difficultate possunt.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat in Provinciis Indiarum ejusdem Ordinis ob summam earum ab hac Alma Urbe distantiam approbatio Prioris Generalis pro tempore existentis hujusmodi sive electionis Judicium expulsiōnis in Capitulis Provincialibus Provinciarum.

Bull. Rom. Tom. XIV.

rum prædictarum factæ, sive sententiæ a Prioribus Provincialibus hujusmodi, & prædictis sex Patribus latæ absque magno Provienciarum prædictarum detrimento, & incommodo expectari non possit, utpote quia Reus, cujus incorrigibilitas probata, & uti talis per sex Menses in carcere detentus fuerit per longum tempus in eadem Carceris custodia detineri non potest usque dum Prior Provincialis prædictus approbationem, sive electionis Judicium, sive sententiæ juxta enunciatum Decretum a Priore Generali præfato accipiat, minisque fieri potest, ut Reus libertati tradatur, ne ceteros suo pravo exemplo corumpat.

Prior Generalis supplicat pro ceteris moderatione.

§.3. Ac propterea dictus Nicolaus Antonius Prior Generalis supradictum Decretum memoratæ Congregationis particularis a Nobis moderari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Concedi Clemens.

§.4. Nos igitur ipsum Nicolaum Antonium Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latæ si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinatis, modernis, & pro tempore existentibus eorumdem Provinciarum Indiarum dicti Ordinis Prioribus Provincialibus, ut ipsi, servatis de Jure, servandis, & aliis in supradictis Decretis contentis non expectata ejusdem Nicolai Antonii, aliorumque dicti Ordinis pro tempore existentium Priorum Generalium approbatione, sive electionis sex Conjudicum, sive sententiæ expulsionis ab ipsis Conjudicibus una cum Provincialibus prædictis latæ, sive ferendæ cum effectu, incorrigibiles eicere possint, & valeant, facultatem auctoritate nostra Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Clausula prædijustæ moderationis firmitate.

§.5. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contrariis.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provinciarum hujusmodi etiam Jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque. Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum.

forum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias, in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis etiam fides.

§.7. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud, ubique locorum adhibeatur, quę presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Dat. die 7. Octob. 1738. An. IX.

Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die septima Octobris 1738. Pont. nostri anno Nono.

CCXLIV.

Facultas Superioribus Ordinis Cisterciensis Congregationis Portugallie applicandi spolia Monachorum Collegio Universitatis Colimbrien. pro dissolvendo are alieno.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Juxta Constitutiones Ordinis defunctorum spolia Superiorum arbitrio applicanda.

§.1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Monachorum Ordinis Cisterciensis Congregationis Portugallie, quod per Statuta, seu Constitutiones Ordinis, & Congregationis predictorum, auctoritate Apostolica confirmatas cautum reperitur, ut quoties aliquem ex Monachis Congregationis predictę ab hac luce migrare contingerit, illius spolium, & hereditas ad arbitrium Superiorum dictę Congregationis applicari soleat.

Are alieno gravato Collegio Colimbrien. attribui ea petit Procurator Generalis.

§.2. Cum autem, sicut eadem expostio subiungebat, de presenti Collegium Universitatis Studii Generalis Civitatis Colimbrien, dictę Congregationis unica domus, in qua Studia vigent, are alieno gravata reperitur, eaque de causa in illa studentes, & Magistri necessarii non inveniuntur, ac propterea non leve dictę Congregationi detrimentum inferatur, dictęque Procurator Generalis agnosceus, quod Congregationi predictę nullus modus dissolvendi are alienum predictum, & in dicto Collegio Magistros, ac Studentes necessarios manutenendi suppetat, quam, ut spolia, & hereditates predictas illi usque ad satisfactionem are alieni hujusmodi applicentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de beniguitate Apostolica dignemur.

Concedit Clemens.

§.3. Nos igitur ipsum Procuratorem, Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris,

& penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, & pro tempore existentibus Superioribus Generalibus dictę Congregationis, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, ut ipsi eveniente obitu cujuscumque Monachi ejusdem Congregationis, illius spolium, & hereditatem Collegio Universitatis Studii generalis Civitatis Colimbrien, Congregationis predictę usque ad integram satisfactionem are alieni, quo dictum Collegium gravatum existit, libere, & licite applicare possint, ac debeant, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus, ac quatenus opus sit, etiam in virtute sanctę obedientię precipimus, & mandamus.

§.4. Decernentes eadem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis inviolabiliter observari, sique in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sicque semper, & ubique servari precipit.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ac quatenus, opus sit dictę Congregationis etiam Jramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Novembris 1738. Pont. nostri Anno IX.

Dat. die 17. Novembris 1738. An. IX.

Abro-

CCXLV.

Abrogatis literis Clementis Papę XI. super servitio Ecclesię Patriarchalis Ulixbonensis Occidentalis editis, & ab Innocentio Papa XIII. in forma Rationi congruit expeditis, necnon Calendario in illis inserto, Patriarchę Ulixbonensi novi Kalendarii conficiendi, ac novam servitii formam constituendi, praviis tamen consilio, & consensu Portugallie, & Algarbiorum Regis, auctoritas conceditur.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

AD Sacrosanctam B. Petri Cathedram summa dispositione illius, qui Cęlestia pariter, & terrena omnia providentissime gubernat, meritis licet imparibus effecti inter multiplices Pastoralis Vigilantię Nostrę curas, quibus jugiter premimur, in illam presertim incumbimus, ut in universis Orbis Ecclesiis Divinus Cultus accrescat, illarumque Ministri Altissimo alternatim concinentes nunquam intermissas, quę in Cęlesti Hierusalem Deo resonant laudes, quantum humana finit imbecillitas, æmulentur: Peculiarem tamen Pontificii muneris nostri sollicitudinem adhibemus, ut in iis potissimum, quę conspicuo Patriarchalis tituli honore illustrantur, ac frequenti Nobilium interventu, atque Regalium Personarum presentia decorantur, Divinum Servitium magnificentius expleatur, & ad Charitatem erga Salvatorem Nostrum in Christifidelium cordibus excitandam Divina Officia ea, quę par est, pietate, & maxima cum honorificentia persolvantur.

Clement XI. Capitulo Patriarchalis Ecclesię nuper erectę, ac dotatę Chori servitii prescribit, ejusque Literas publicat, roboratque Innocent. XIII.

§.1. Cum itaque alias postquam, sicut accepimus, fel. rec. Clemens Papa XI. Prędecessor noster, sub datum videlicet quinto Kalendas Octobris Pontificatus Sui Anno vigesimo, quartam omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum naturalium, industrialium, & civilium a Patriarchali Ulixbonensi Occidentali, Archiepiscopali, & Episcopali in Portugallie, & Algarbiorum Regnis existentibus Ecclesiis, necnon quotas respective partes a novem Dignitatibus, & viginti octo Canonicatibus, & Prębendis in certis ejusdem Portugallie Regni Collegiatis Ecclesiis existentibus, & in literis ejusdem Clementis Prędecessoris expressis, Motu suo proprio, ac de Apostolica Potestate plenitudine perpetuo disjunxerat, separaverat, & dismembraverat, ac quatuor Ecclesiarum, seu Cappellarum, aut Beneficiorum Prioratum, seu Abbatiarum nuncupatorum per dictum Clementem Prędecessorem suppressarum, & extinctarum, & suppressorum, & extinctorum respective fructus, redditus, & proventus Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Prębendis, ac duodecim Beneficiis Ecclesiasticis Patriarchalis Ecclesię Ulixbonensis Occi-

dentalis in illarum, & illorum respective dotis augmentum sub certis modo, & forma inibi expressis Motu pari respective applicaverat, & appropriaverat, ac respective annexerat, & incorporaverat; Et ut in eadem Patriarchali Ecclesię Ulixbonensi Occidentali Divina Officia ea, quę decet, assistentia, ac Ministrorum Ecclesiasticorum numero, & copiositate, prout Patriarchalis Ecclesię Ulixbonensis Occidentalis decus, & magnificentia exposcit, celebrarentur, & Divinum Servitium nullatenus negligetur, sed Dignitates, ac Canonicatus, & Prębendas, ceteraque Beneficia Ecclesiastica in ea obtinentes divinas laudes suis debitis temporibus, ac modis maxima Christifidelium ibi assistentium, cum ædificatione persolverent, quandam subinde super eorum celebratione normam, ac certum dierum, & functionum Kalendarium Motu simili statuerat, atque prescriberat; Volueratque insuper, quod applicatio, & appropriatio prefatę, alięque in augmentum Prębendarum, & Beneficiorum in dicta Patriarchali Ecclesię Ulixbonensi Occidentali existentium prefatorum respective dotis concessa, & elargita locum minime habere valerent, nisi prius, quę per suas itidem Literas circa dictę Patriarchalis Ecclesię Ulixbonensis Occidentalis servitii formam juxta prefati Kalendarii ordinem, & multarum, ac penarum contra inobservantes decretarum dispositionem constituta extiterant, debite executioni demandarentur: Super quibus per dictum Clementem Prędecessorem, ut prefertur, dispositis, ex eo quia ejus obitu superveniente Literę Apostolice confectę minime extiterant, ne de illorum validitate hæsitaretur, illaque debito fruerentur effectu, pia mem. Innocentius Papa XIII. itidem Prędecessor noster per binas in forma Rationi congruit: sub datum videlicet quindodecimo Kalendas Junii Pontificatus Sui Anno Primo; desuper expeditas Literas applicationem, & appropriationem prefatas, ceteraque super dictę Patriarchalis Ecclesię Ulixbonensis Occidentalis Chori servitio, & Kalendarii dispositione, ut supra, a dicto Clemente Prędecessore statuta, & ordinata Apostolica firmitatis munimine roboraverat.

Gratias, ac privilegia alias a d. Clemente ei concessa, confirmat Clemens XII.

§.2. Et ex eo quod secundodictę ejusdem Clementis Prędecessoris Literę ex certis rationabilibus, & Nobis notis causis executioni minime demandatę fuerant; proptereaque quartę Patriarchalis Ulixbonensis Occidentalis, Archiepiscopali, & Episcopali Ecclesiarum prefatarum, & quatarum respective partium fructuum, reddituum, & proventuum prefatorum Dignitatum, ac Canonicatum, & Prębendarum, necnon quatuor Ecclesiarum, seu Cappellarum, vel Beneficiorum prefatorum per dictum Clementem Prędecessorem, ut prefertur, suppressorum, & extinctorum, ac suppressarum, & extinctarum, ac Dignitatibus, & Canonicatibus, & Prębendis, ac duodecim Beneficiis Ecclesiasticis dictę Patriarchalis Ecclesię Ulix-

Ulixbonensis Occidentalis, ut præfertur respectu unitorum, applicatorum, & appropriatorum applicatio, & appropriatio effectum suum sortite minime fuerant: Nos per infrascriptas nostras Literas ad evellendam omnem dubietatis, & controversiæ occasionem primodiæ Clementis Prædecessoris Literarum debita intimationis, illarumque tempore habili executionis, & quemlibet alium defectum sanantes, easque ad quoscumque effectus extrinsecos, quatenus opus esset, reintegrantes, ac plenarie, & plenissime revalidantes, Dignitatibus, necnon Capitulis, & Canonicis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis Motu simili concessimus, & indulserimus, ut ipsi primodiæ Literarum effectu, omnibusque, & singulis gratis, & indultis eis in primodiæ eiusdem Clementis Prædecessoris in forma præfata expeditis Literis concessis, & elargitis gauderent, fruenter, ac uterentur, perinde ac si præfata dicti Clementis Prædecessoris voluntas in primodiæ Literis nullatenus apposta fuisset.

§.3. Eisdemque Dignitatibus, ac Capitulis, & Canonicis, necnon Beneficiatis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis, ut ipsi ex Patriarchali Ulixbonensi Occidentali, ac Archiepiscopali-bus Ecclesiis, necnon ex Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis Collegiatarum respectu Ecclesiarum, ac ex Prioratibus, seu Abbatibus præfatis in primodiæ præfati Clementis Prædecessoris in forma præfata expeditis Literis, ut præfertur, designatis, quæ, & qui vacantes tunc reperiebantur, quantum legitime oporteret ad complementum summa ex primodiæ Clementis Prædecessoris Literarum tenore in Dignitatibus, Canonicorum, & Beneficiatorum dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis utilitatem respectu applicata, & appropriata a die datæ primodiæ dicti Clementis Prædecessoris Literarum, videlicet quinto Kalendas Octobris Pontificatus Sui Anno Vigesimo, quoad illas, & illos, quæ, & qui tunc vacabant; Quo vero ad alias, & alios, quæ, & qui deinceps vacaverant, vel deinceps vacatura, vel vacaturi erant, ab illarum, seu illorum respectu vacationis respectu die respectu computandæ.

Huiusmodi  
quædam par-  
tem extendit  
ad tertiam.

§.4. Pro majori Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendas dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis pro tempore obtinentium decentia, & commodiori sustentatione, loco quartæ partis Patriarchalis Ulixbonensis Occidentalis, Archiepiscopali, & Episcopali Ecclesiarum præfatarum fructuum, reddituum, & proventuum naturalium, industrialium, & civilium a præfate Clemente Prædecessore, ut præfertur, separata, & dismembrata, eiusdemque Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis Dignitatibus, & Canonicatibus, & Præbendis applicata, & appropriata, tertiam eorundem respectu fructuum, reddituum, & proventuum partem, nec non omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus

d decem Dignitatum, ac quotas respectu partes fructuum, reddituum, & proventuum nonnullarum aliarum Dignitatum, Canonicatuum, Præbendarum, & Canonicatum cum dimidia Præbenda, seu dimidiorum Canonicatum cum dimidiis Præbendis in quibusdam dicti Regni Portugallia Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis existentium ab ultimodiæ Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis, ac Canonicatibus cum dimidia Præbenda, seu dimidiis Canonicatibus cum dimidiis Præbendis per Nos dismembratas, separatas, & seunctas, ac dismembratas, separatas, & seunctas, eiusdemque Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis sub certis modo, & forma inibi expressis respectu applicatis, & appropriatis, ac respectu applicatis, & appropriatis, ea tamen lege, quod Dignitates, ac Capitulum, & Canonicis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis fructus, redditus, & proventus tam a Nobis, ut præfertur, quam a præfate Clemente Prædecessore per illius primodiæ Literas, ut præfertur, respectu dismembratos, separatos, & seunctos, ac applicatos, & appropriatos præfatos loco depositi, donec, & quousque nova servitii in eadem Patriarchali Ecclesiæ Ulixbonensi Occidentali a dictis Dignitatibus, & Canonicis, ac Beneficiatis eiusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis præfandi forma cum opportunis ordinationibus a Nobis, aut Romanis Pontificibus Successoribus Nostris præscriberetur, illaque debita executioni demandaretur, & huiusmodi depositi distribuendi ratio in simul statueretur, integros, & intactos, deductis dumtaxat necessariis expensis, aservare deberent, & aservari facerent, percipere, exigere, & levare, & ad effectum perceptionis huiusmodi plenissime assequendum omnibus, & singulis privilegiis, indultis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, aliisque gratis tam in primodiæ eiusdem Clementis Prædecessoris, quam in infrascriptis Nostris desuper concessis Literis quomodolibet respectu concessis, & impartitis, perinde ac si in simul, non autem separatim concessa, & impartita fuissent, eaque tam in primodiæ præfati Clementis Prædecessoris, quam in eisdem Nostris desuper concessis respectu Literis totaliter inserta, ac specialiter expressa fuissent, æque, ac pariformiter uti, frui, & gaudere libere & licite possent, & valeret Apostolica Auctoritate, Motu pari concessimus, & indulserimus, prout in Nostris, sub Datum videlicet apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo trigelimo septimo sexto Idus Februarii Pontificatus Nostris Anno Octavo, desuper expeditis Literis plenius continetur.

§.5. Nos itaque, qui, ut bonorum omnium Largitori suis debitis temporibus, & horis in singulis præsertim Patriarchalibus Ecclesiis a cunctis Christianis fidelibus, ac signanter earundem Ecclesiarum servitio adscri-

Abrogata for-  
ma servitii  
per d. Capitulum illi Ec-  
clesiæ præfati,  
& a Cle-

1738.  
mente XI. præ-  
scripsi Patriar-  
cha facultatem  
concedendi  
eam stabilien-  
di cum consilio  
Regis.

adscriptis, solemne, iuxta Catholicæ Ecclesiæ morem, laudes persolvantur, enixe concupiscimus, ne diutius illarum celebrationis norma, ut præfertur præscribenda differatur, ipsique Moderni, & pro tempore existentes Dignitates, ac Capitulum, & Canonicis, & Beneficiatis eiusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis gratis, & largitionibus, tam a præfate Clemente Prædecessore per Suas, quam a Nobis per præfatas Nostras Literas sibi concessis tandem fruantur; & gaudeant, opportune providere volentes, ac secundodiæ præfati Clementis Prædecessoris super Divinorum Officiorum, Missarum solemnium, & privatarum, aliarumque functionum in dicta Patriarchali Ecclesiæ Ulixbonensi Occidentali, vel extra eam pro tempore celebrandarum, & celebrandarum forma editis Literis derogantes, ac Kalendarium in illis insertum annullantes, præfatasque Literas, perinde ac si non emanasset, suum effectum minime sortiri debere, ac Capitulum, & Canonicos, ac Beneficiatos præfatos dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis ad illarum observationem minime teneri, nec obligatos existere declarantes, & decernentes Motu simili, non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, ac de Apostolica Potestatis plenitudine Venerabili Fratri Nostris Thomæ S. R. E. Presbytero Cardinali Patriarchæ Ulixbonensi Occidentali, eiusque Successoribus, ut ipse, & ipsi etiam tamquam Sedis Apostolicæ præfate Delegatus, & Delegatus, cum consilio tamen, & consensu, & non alias, Charissimi in Christo Filii Nostris Joannis hoc nomine Quinti moderni Portugallia, & Algarbiorum Regis Illustris, cuius sedulam ad Divinum Cultum in dicta Patriarchali Ecclesiæ Ulixbonensi Occidentali, eiusque decorem, & magnificentiam toto studio promovendum curam maturo animo revolvimus, novum pro Dignitatibus, ac Canonicis, & Beneficiatis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis Kalendarium dierum, & functionum, aliaque tam circa residentiam, diesque vacationum, ac numerum eorum, quibus abessendi facultas uno, eodemque tempore permitti debeat, necnon distantias, intra quas dies, & functionibus in dicto Kalendario, vel extra illud præscribendis interesse, legitimo tamen, & a Jure approbato impedimento cessante, & nisi ab eorundem Portugallia, & Algarbiorum Rege, vel Regina nunc, & pro tempore existentibus ad aliquod sacrum, seu ecclesiasticum ministerium publicum peragendum accesserit, aut ab ipso Thomæ Cardinali Patriarcha, eiusque Successoribus, ut infra, vocati ab fuerint, omnino teneantur, quam circa alia munia, functiones, & officia a Dignitatibus, ac Canonicis, & Beneficiatis præfatis obeunda opportunas dispositiones facere, condere, ac statuere, multasque, & poenas in pecunia, & in diebus vacatio-

num, aut in alterutro pro Kalendario, & dispositionum huiusmodi firmiori observantia, & executione imponere, ipsasque multas, & poenas, diesque statutos, functiones, ac distantias, ceteraque quæcumque, quoties ei, & eis expedire videbitur, augere, minuire, vel reformare possit, & valeat, seu possint, & valeant cum consilio, & consensu præfatis, quæque vim legis habere, nec statuentis morte expirare, nec a præfate Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis Patriarcha, seu illius Capitulo, & Canonicis præfatis, neque etiam Sede Patriarchali vacante, nisi de ipsius Joannis Regis consilio, & consensu reformari, aut revocari, vel minui posse statuimus, atque decernimus, pro dicti Thomæ Cardinalis Patriarchæ, & eiusque Successorum præfatorum arbitrio; Etiam si quoad multas, & poenarum impositiones, tempus residentie, & facultates abessendi respectu, aliaque præmissa, ubi servitio, decori, aut splendori dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis expedire videbitur, a Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus, nec non ab ipsius Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis consuetudinibus, & statutis etiam juramento, seu Apostolica confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis in toto, vel in parte, de consilio, & consensu præfati Joannis Regis, & non alias, desistere opus esset, licentiam, & facultatem Apostolica Auctoritate præfata tenore præsentium concedimus, & impartimus.

§.6. Ultra vero dies, & functiones in novo Kalendario huiusmodi de præfatis consilio, & consensu, ut præfertur, consociendo præscribendis eidem Thomæ Cardinali Patriarchæ, & eiusque Successoribus præfatis Motu pari dicta Auctoritate etiam concedimus, & indulgemus, quod liceat ei, & eis pro utilitate, necessitate, vel decore dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis, seu Dignitatis Patriarchalis sub multis, & poenis ei, & eis beneficiis Dignitates, vel Canonicos, seu Beneficiatos, aut alios Ministros dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis omnes, seu aliquos, modo, & forma pariter ei, & eis beneficiis ad Congregationes, vel Capitulum, aliaque similes, vel dissimiles functiones Ecclesiasticas, vel civiles, Dignitatis tamen Patriarchalis decorem, vel eiusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis utilitatem, & decus respicientes, & non alias, in Pontificalibus, vel aliter, ad tempus, vel in perpetuum dicto Thomæ Cardinali Patriarcha, seu illius Successoribus præfatis præfate, vel absente, seu præfatis, vel absentibus, & ad dictum Thomam Cardinalem Patriarcham, seu ejus Successores præfatos comitandum, sive ei, & eis assistendum, aut servitium ab eo, seu ab eis iustum præstandum etiam civiliter, ex causis tamen superius expressis, etiam in diebus communibus, & tempore, quo functiones ipsas exerceri contigerit, pariterque in die-

Eique conce-  
dit auctorita-  
tem Canoni-  
cos cogendi  
ad quamcum-  
que aliam fun-  
ctionem ultra  
servitium stabili-  
tatis in Ka-  
lendario con-  
suetudo.

diebus vacationum, dummodo propter præmissa ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis servitium non negligatur, convocare, necnon tam præfatos, quam quoscumque alios actus, & functiones publicas, & privatas quodcumque, & qualitercumque, tam intra, quam extra dictam Patriarchalem Ecclesiam Ulixbonensem Occidentalem, aut Civitatem, vel etiam Diocesim Ulixbonensem Occidentalem, non tamen extra Portugalliam, & Algarbiorum Regna, ex causis superius expressis, & non alias, illis indicare habitu, forma, die, hora, & loco eidem Thomæ Cardinali Patriarchæ, & illius Successoribus præfatis benevisis, quocumque habitu ipse Thomas Cardinalis Patriarcha, & illius Successores præfati tam in his functionibus, quam in ceteris in præfato Calendario, ut præfertur, describendis utatur, & utantur, & ad illos, seu illas omnes, seu aliquos eorum sub pœnis, & multis præfatis coercere, etiam functiones in Calendario præfato, ut præfertur, describendas anticipare, vel differre opus esset; quod in aliis quoque casibus tam ipse, quam illius Successores præfati ad ejus, & eorum arbitrium facere possit, & valeat, ac possint, & valeant; necnon substitutos a dicto Thoma Cardinale Patriarcha, & illius Successoribus præfatis, vel a præfatis Capitulo, & Canonicis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis de dicti Thomæ Cardinalis Patriarchæ, ejusque Successorum præfatorum mandato nominandos sub pœnis, & multis ejus, & eorum arbitrio imponendis ad exercendas functiones, ad quas nominati fuerint, arctare, & compellere: Provisio interim, ne in usu facultatis hujusmodi nimis grave servitio Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis præfate præjudicium inferatur; Ea etiam adiecta lege, quod respectu actuum civilium Capitulares præfati cogi nequeant ad interessendum, & obsequia Patriarchæ pro tempore existenti ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis præstanda, nisi in habitu Ecclesiastico, & actibus gerendis proportionato, & ex causis superius expressis, & non alias.

Annulatio quorumcumque Statutorum ante hæc factorum.

§.7. Ac insuper, quod Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta quæcumque vigore facultatis in actu erectionis Cappellæ Regiæ in Insignem Collegiatam Ecclesiam erectæ Capitulo præfate Collegiæ Ecclesiæ erigendæ Apostolica auctoritate præfata concessa, aut alterius cujuscumque facultatis etiam a Jure, vel consuetudine provenientis ab eodem Capitulo edita, etiam Juramento, aut quavis firmitate alia roborata, sive etiam consuetudines statutorum vim habentes (exceptis dumtaxat, quatenus statutis, sive dispositionibus etiam extra statuta hujusmodi a dicto Thoma Cardinale Patriarcha, & illius Successoribus præfatis respectu factis, vel faciendis non adverferint) iis, quæ regimen aliorum Ministrorum, aut fructuum, & proventuum Mensæ Capitularis administrationem, aut alias præfati tantum Capituli

privata negocia concernunt, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti existant, Motu pari decernimus.

§.8. Volumus etiam, & dicta Auctoritate statuimus, & decernimus, quod unusquisque ex modernis sex Dignitatibus, & octodecim Canonicis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis ordinem sacrum eorum respectu Præbendæ annexum intra annum suscipere teneatur, alioquin eo elapso, & ordine hujusmodi non suscepto, dimidiam partem fructuum, reddituum, & proventuum sequentis anni, & deinde omnes ejusdem Præbendæ fructus, redditus, & proventus irremissibiliter amittat, & suos non faciat in foro conscientie, etiam si præfati fructus, redditus, & proventus ei non subtrahantur, nec ad præfatum ordinem suscipiendum a dicto Thoma Cardinale Patriarcha, & illius Successoribus præfatis, vel a Capitulo, & Canonicis præfatis compellatur, quod si intra biennium a die datæ earundem presentium computandum præfatum ordinem non susceperit, Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis præfatis ipso jure, & absque sententia privatus existat, nullusque imposterum ad sex Dignitatum, & octodecim Canonicatum, & Præbendarum præfatorum possessionem admittatur, quin prius saltem in sacro Subdiaconatus Ordine, & in ea estate, ut infra annum ad Ordinem sue Præbendæ annexum promoveri queat, constitutus, & actu in publica, & approbata Universitate in Theologia Magister, aut in altero Jurium Doctor, seu saltem in altera ex dictis facultatibus licentiatu existat, ac aliter factæ provisiones, vel apprehensæ professiones nullæ sint, & inanes; Si vero intra annum a die institutionis computandum Ordines eorum Præbendis annexos suscipere neglexerint, præfatis Dignitatibus, & Canonicatibus, & Præbendis ipso jure, & absque sententia privati respectu sint, & esse censentur eo ipso, Dignitates vero Canonici, & Beneficiati præfate Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis in futurum a dicto Thoma Cardinale Patriarcha, seu eius Successoribus præfatis non uti Summo Sacellano, seu Summis Sacellanis, sed uti Patriarcha, aut Patriarchis respectu instituantur.

Qualitates in promovendis ad Canonicatus expentia.

§.9. Multas vero, ut præfertur, in præfato Calendario designandas, & quomodolibet, & quarum solutionem omnes, & singulos Dignitates, Canonicos, & Beneficiatos dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis, nunc, & pro tempore existentes in foro conscientie, etiam si multæ hujusmodi a Punctatoribus, vel a Capitulo, & Canonicis præfatis non exigantur, teneri, & obligatos existere volumus; necnon Dignitatum, Canonicatum, & Præbendarum, & Beneficiorum dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis pro tempore vacantium fructus, redditus, & proventus tam antiquos, quam de novo superadditos, & quoscumque alios, qui in futurum ipsis Dignitatibus,

Multas, & Præbendarum vacantium fructus cui applicandi.

bus, ac Canonicis, & Beneficiatis obvernerint, pro rata temporis illarum, & illorum respectu vacationis in favorem Fabricæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis præfate pro illius indigentis, ac sacrorum suppellectilium, aliorumque Ecclesiasticorum ornamentorum mantentione, ac novis Canonicatibus, & Præbendis, seu novis Beneficiis juxta earundem præfatarum Nostrarum Litterarum dispositionem erigendis, aliorumque Ministrorum sustentatione: quam distributionis rationem præfatus Thomas Cardinalis Patriarcha, seu illius Successores præfati erga Beneficiatos dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis quoad fructus dictorum Prioratum, seu Abbatiarum per præfatum Clementem Prædecessorem, ut præfertur, suppressorum, & extinctorum, seu suppressarum, & extinctarum, & præfatis Beneficiatis applicatos, & appropriatos, ac, ut præfertur, decursos servari, cum consilio, & consensu d. Joannis Regis erogari sedulo curet, atque præcipiat, seu curent, atque præcipiant.

Post publicationem novum Calendarium redditorum Canonice, Beneficiatis &c. dictæ Ecclesiæ applicatis per utrumque Clementem quo pacto sint dividendi.

§.10. Præterea eidem Thomæ Cardinali Patriarchæ, & illius Successoribus præfatis, ut ipse, seu ipsi cum primum præfatum novum Calendarium, & dispositiones, ut præfertur, faciendæ Dignitatibus, & Canonicis, ac Beneficiatis ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis exequutioni demandari, & observari inceperint, omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus tam per Nos in Nostris, quam per dictum Clementem Prædecessorem in suis respectu Litteris præfatis, respective distinctis, & separatis, ac Dignitatibus, nec non Canonicatibus, & Præbendis, ac Beneficiis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis respectu, ut præfertur, applicatos, & appropriatos ex tunc decurrendos inter Dignitates, ac Canonicos, & Beneficiatos præfatos, servata in omnibus, & per omnia præfatarum Litterarum, quas hic pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, forma, & dispositione, dividi, & cum effectu persolvi faciat, seu faciant: reliquos vero fructus, redditus, & proventus Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis, ut præfertur, applicatos, & appropriatos usque tunc decursos, & loco depositi asseratos, vel nondum exactos in tres partes dividat, seu dividant, quarum duas pro numero annorum a die datæ primordiarum præfati Clementis Prædecessoris Litterarum, videlicet quinto Kalendas Octobris Pontificatus Sui Anno Vigesimo, elapsorum in æquales partes dividas, ac unamquamque partem hujusmodi inter Dignitates, ac Canonicos, qui in unoquoque ex dictis annis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis inservierunt, vel heredes eorum, qui decesserunt, cum onere solutionis debitorum, vel legatorum quorumcumque, equaliter respectu distribuat, seu distribuatur: reliquam vero tertiam eorundem fructuum decursorum partem in fundos, vel census, vel utilia aliqua opera, seu in alia reddituum genera in

favorem Fabricæ ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis pro ipsius indigentis, ac sacrorum suppellectilium, aliorumque Ecclesiasticorum ornamentorum mantentione, ac novis Canonicatibus, & Præbendis, seu novis Beneficiis juxta earundem præfatarum Nostrarum Litterarum dispositionem erigendis, aliorumque Ministrorum sustentatione: quam distributionis rationem præfatus Thomas Cardinalis Patriarcha, seu illius Successores præfati erga Beneficiatos dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis quoad fructus dictorum Prioratum, seu Abbatiarum per præfatum Clementem Prædecessorem, ut præfertur, suppressorum, & extinctorum, seu suppressarum, & extinctarum, & præfatis Beneficiatis applicatos, & appropriatos, ac, ut præfertur, decursos servari, cum consilio, & consensu d. Joannis Regis erogari sedulo curet, atque præcipiat, seu curent, atque præcipiant.

§.11. Ac demum, ut præmissa omnia, & singula in eisdem presentibus contenta, necnon omnia in novo Calendario, ut præfertur, conscribendo disponenda suum debitum fortiantur effectum, & exactius perpetuis futuris temporibus observentur, quod præfatus Thomas Cardinalis Patriarcha, ejusque Successores præfati Dignitates, & Canonicos, ac Beneficiatos, aliosque Ministros dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis ac eos, ad quos pro tempore spectabit, ultra multas, & pœnas in præfato novo Calendario, præfatisque dispositionibus, ut præfertur, designandas, quibusvis necessariis, ac Canonicis remediis adhibitis, omni prorsus appellatione remota; ad illorum omnium, & singulorum observantiam compellere, & arctare, & contra inobedientes, seu alias delinquentes tam in supradictis, quam aliis quibuscumque sine Adjunctis tam intra, quam extra visitationem procedere possit, & valeat, & respectu possint, & valeant, plenam, integram, & omnimodam potestatem, facultatem, & auctoritatem Motu simili Apostolica Auctoritate præfata ipsarum tenore presentium pariter concedimus, & impartimur.

Omnimoda potestas Patriarchæ data quocumque Beneficiatum cõpellendi ad exequutionem eorum, quæ statuuntur in Calendario.

§.12. Decernentes easdem præfatas, ac in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore, & ex quocumque capite, vel ex qualibet causa quantumvis legitima, & juridica, pia, privilegiata, & speciali nota digna, etiam ex eo quod Dignitates, & Canonicos, ac Beneficiatos dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis, seu quicumque alii cujuscumque dignitatis, gradus, conditionis, & præminentie existant, in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione, jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, aut ad illa vocati, & auditi non fuerint, & causæ, propter quas eadem præfates emanarunt, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut

Clausula ad præfatum Litterarum observantiam in ducendam.